

naturam materiae? idque in hoc ipso verbo נִרְקָ notorium est. Le-
ge, mi Franki, quo nomine te appellet B. Varenius, qui in eadem
celeberrima Academia tuos errores & somnia olim refutavit, in
qua tua dissertatio injuriosa impressa est; confer B. Viri verba cum
superioribus exemplis ex codice adductis, & illa inductione e-
xemplorum aliorum infringe. Sed hoc fiet, cum perperit mu-
tus. Resipisce & cogita, quod non contra Cl. Ab. tantum, sed con-
tra omnes Christianos interpretes scandalosa bella geras. Sub-
jungam Sebast. Schmidium comment. ad h. l. p. 102. Pl rasis hæc
hæbreis est impersonalis, itaque propter grammaticam h c vo-
cans non est subaudiendus; neque requiritur nominativus singu-
laris Ex re autem colligendi sunt vocantes. Nim. si vocatum
erit nomen ejus, aut ipse vocavit, aut alii. Non istud, E. hoc
Addam B. Glassium, qui Lib. I. Tr. i. p. m. 142. mentem Clarissimi
Abichtii confirmat: Negamus in punctis hujus verbi factam es-
se depravationem, sed idiotismum linguæ sanctæ hic agnoscimus,
*quo futurum activum sine supposito sæpe passivam habet significatio-
nem* uti loquitur Riebera in Mich. 2. num. 17. Tertiæ etiam per-
sonæ verba activa apud Hebræos sæpissime usurpantur indefinite,
nullo nominativo expresso, atque propter id vel verbum acti-
vum passive interpretandum: vel ei commode nominativus sub-
audiendus erit, Gen. 16, 14. Idcirco נִרְקָ vocavit puteum istum
h. e. vocabitur puteus iste. Luther. man hieß ihn. Sed quanti hos
commentatores & Criticos Frankius æstimet, ex ejus abyfso my-
steriorum pag. 3. intelligimus: *Quid vero magis ab incautis negli-
gitur vel à superbis (præcipue Criticis istis) contemnitur? dum multas
versiones, postillas & quid non? scribimus & emimus.* Et paulo post
p. 4. de explicatione nostri loci agens: *si commentarios & versio-
nes consuluerimus, quo plures viderimus, eo incertiores erimus.* Quæ
eò tendunt, ut eruditi rejectis commentariis & Criticis ex ejus
Diacritica accentus addiscant, quasi Scripturæ interpretatio solis
accentuum cancellis concludatur. Post pauca: *Non equidem ne-
scio quosdam dum accentuum usum monstrant hoc dictum adhibuisse,
verum non satis feliciter illud tractarunt, quod mirari posses: causa
vero est, quod alii membrorum collationem negligunt; alii quomodo
fieri illa debeat quantum colligo, non recte cognoverunt.* Sine du-
bio.

B

bio.